



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

Cl. Die Kirche in Berge, bisher dem Kloster in Hilberode gehörig, kommt an das Domcapitel zu Brandenburg, am 11. Juni 1462.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

CI. Die Kirche in Berge, bisher dem Kloster in Hilberode gehörig, kommt an das Domcapitel zu Brandenburg, am 11. Juni 1462.

Thidericus etc., episcopus, universis etc. salutem. Quum homines transitorii sunt, expedit ut gesta per ipsos, presertim divinum cultum concernentia, ne simul transeant cum tempore, litterarum et scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod ecclesiam nostram cathedralem Brandenburgensem pre ceteris prerogativa concedenti decorare cupientes, maturo consilio sufficientique deliberatione previis, incorporationem sive unionem ecclesie parrochialis ville Berge nostre Brandeb. dioc. monasterio in Hilberode, Halberstad. dioc., olim factam, nunc vero ac dictam nostram Brandeb. ecclesiam per traditionem litterarum, olim pro dicto monasterio desuper confectarum, quarum tenores hic pro insertis haberi volumus, cum omnibus suis juribus per omnia, prout dicto monasterio juxta dictarum litterarum continentiam tunc competierunt, iusto titulo translata, auctoritate nostra ordinaria et dioecesana, quantum in nobis est, in dei nomine confirmamus, approbamus et autorisamus, ac etiam annuimus, quod quotiens prefate ecclesie ville Berge, sic ut premititur incorporate, vicariatum quocunque modo vacare contingat, prepositus Brandenburgensis pro tempore existens de persona idonea sive vicario curato sui capituli accedente consensu providere ipsumque jure suo, quod de speciali favore et gratia ob nostre nostrorumque predecessorum et successorum animarum salutem liberaliter concedimus et supererogamus per presentes, auctorizabiliter instituere possit ad eandem, reliquis juribus episcopalis occasione dicte parrochialis ecclesie nobis et successoribus nostris quomodolibet competentibus, in omnibus semper salvis. Ut autem hec nostra ordinatio etc. Presentibus venerabilibus providis et validis viris, dominis Nicolao Lakeman, sacre theologie professore fratrum ordinis minorum provincie Saxonie ministro, Hermanno Wulff, nostro in spiritualibus vicario et officiali generali, Hinrico Bissendal et Johanne Smed, notariis nostris, Petro Spiel, advocato, Matthia Bellin, Richardo de Bardeleve, Kerstian de Stechow, Johanne de Grifenberch, Henning Vägelsack et Conrado Borch nobilibus et curie nostre vassallis et familiaribus, ceterisque quam pluribus aliis fide dignis. Datum et actum Seyeser MCDLXII. sexta feria in diebus Penthecostes.

Nach dem Originale im Brandenburg'schen Domarchiv.

CII. Kurfürst Friedrich verleiht denen von Lochow Achim Wennemars Hof im Dorfe Ferschear, am 8. März 1467.

Wir frederich, vonn gots gnaden Marggraue zu Brandenburgk, kurfurste, des hilgen Romischen Reichs Erczkamerer, zu Stettin, pomern etc. hertzog vnd Burggraue zu Nurembergk, Bocken — das wir yme getrewer williger dinsten willen, dy vnser liben getrewen Albrecht, hans, Cristoffel, heinrich, liborius, hans, Sigemundt vnde kune gebruder, die lochow gnannt, oft vnd gerne gethan haben, tegelichen thün vnd in kunfftigen czeyten forder wol thun sullen vnd mogen, och darzu von funderlicher gunst vnd gnade wegen, Achim wennemer seliger dechnuffe hoff zu vergeszer mit acht hüen dorzu gehorende mit aller nutzungen, och suft mid aller vnd iglicher zugehorunge vnd gerechtikeyth, als achim, dem got gnade, das von vns vnde vnser herchafft In seynem leuen dorzu gehabt hat, Nichts nicht ausgenommen, zu rechten Manlehen vnde gesampter hant